

## Band VII., Nr. 2048, Seite 11

*Graf Mangold von Nellenburg überträgt auf Bitten seines Eigenmannes  
Heinrich von Argen dem Propst und Kapitel von St. Johann zu Konstanz  
einen von Heinrich um 3 Pfund dahin verkauften Hof und Acker in  
Betznuau.*

Nellenburg, 1269. Februar 13.

Universis, ad quos presentes littere pervenerint, Manegoldus dei gratia comes de Nellenburg subscriptorum notitiam cum salute. Malitia temporis et hominum memoria labilis admonent ea, que geruntur, scripture testimonio perennari. Noverint igitur universi, quod cum Hainricus de Argun<sup>1</sup> servus noster quandam curtim septam arboribus et in villa Bazanon sitam et unum agrum ibidem arboribus ab una parte circumductum dilectis in Christo preposito et capitulo ecclesie sancti Joannis Constantiensis pro tribus libris Constantiensium sibi assignatis vendiderit et a nobis dictas possessiones in ipsam ecclesiam transferri petierit pleno iure, nos precibus ipsius pium prebentes assensum dilectione etiam, quam ad dictam habemus ecclesiam, moti dictam venditionem ratam et gratam habentes prefatas possessiones in ipsam ecclesiam presentibus liberaliter transferimus pleno iure, nolentes ipsam ecclesiam super hoc ab aliquo ullatenus molestari. In cuius rei testimonium presentes litteras damus eisdem preposito et capitulo sigilli nostri robore communitas. <br> <br> Datum apud Nellenburg, idibus Februarii, indictione XII., anno domini MCCLXVIII.

Der Textabdruck folgt dem Kopialbuch Nr. 340 zza aus dem 17. Jahrhundert im GLA Karlsruhe, S. 27.

---

<sup>1</sup>Langenargen.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

GLA Karlsruhe

**Signatur/Titel des Originals:**

67/586 S. 27

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Nellenburg

**Ortsindex:**

Betznau Wohnplatz (17982)<br> Betznau, Kressbronn am Bodensee, FN<br> Konstanz Wohnplatz (14442)<br> Konstanz, KN<br> Langenargen Wohnplatz (18010)<br> Langenargen, FN<br> Nellenburg Wohnplatz (14664)<br> Nellenburg, Stockach, KN